

remedia strictissime examinetur, donec literarum falsarum fabricator prodatur, poenae subsequitur statuatur exemplum, ut imposterum sacrum Concilium Tridentinum Sacri Canones integri, illaesi, sani observentur. Quod si non fiet, aperietur Janua iniustitiis et iniquitatibus. Jtaque per praesentem instantiam R.D. Vestram convenio seu Judicem nostrum, et humillime requiro, et imploro, ut Jus et Jusititiam, praemisso stricto examine, mihi in fama laeso administret, alias a denegata iustitia dabitur appellationes (quod autem non spero) sententiam pronunciet, ac definiat Causam.

Abrumpo, ac me demisse Gratiis ac favoribus R.D.V. commendatum volo, ac maneo."

1) s. auch AH 57/75-79

Kopie des bischöflich-konstanzer Kommissars in Zug?, Johann Jakob Schmid - AH 57, 200

80

1687 Oktober 20., Luzern

A

SCHREIBEN DES [BISCHÖFLICH-KONSTANZER] KOMMISSARS NIKLAUS [LEONZ LUDWIG] PEYER [IM HOF AN SEVERIN SCHELL ODER SCHULTHEISS UND RAT VON SURSEE?]

"Cum in Causa controversa inter R.D. Severinus Schell Vicarium Surlaci [Vierherr an der Pfründe St. Niklaus] ex una, et Inclytum magistratum Saecularem [Schultheiss und Rat?] ibidem ex altera Partibus, lite iam contestata coram nobis pendente die 23 Octobris hora nona vel quasi antemeridie, dictam controversiam Judicialiter reassumere, et terminare decreverimus: Idcirco praenominatas Partes tenere praesentium in dictam diem et horam pro primo, secundo et tertio, adeoque peremptorio termino citantur, quatenus in Commissariatu Lucernae ad proponendum, opponendum, respondendum et ulterius, si quid habeant, deducendum, nec non ad audiendam sententiam desuper ferendam compareant, sive autem partes, seu alterutra earum comparuerit, sive non, nos nihilominus ad partis praesentis instantiam in Causa praecedemus, et etiam definitive pronuntiabimus, pro ut de Jure, et Justitia poterimus, partis contumacis absentia non obstante."

Kopie des bischöflich-konstanzer Kommissars in Zug?, Johann Jakob Schmid - AH 57, 201^f